



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Obligationibus Specialibus Certorum Statuum, De  
Sacramentis In Genere, Et In Specie, Et De Censuris Et Irregularitatibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDXXXIV.**

**VD18 90392167**

Sed si delictum sit occultum, & probari possit, sed ex eo non impendeat  
damnum, & speretur proximus emendandus privatis monitis & ad debitum  
satisfactionem inducendus; an privato licet eum accusare, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41032**

non liceret eam nominare: quia neminem licet sine necessitate lædere in fama aut aliis bonis, præsertim privata autoritate.

*Sed si delictum sit occultum, & probari possit, sed ex eo non impendeat damnum & speretur proximus emendandus privatis monitis, & ad debitam satisfactionem inducendus; an privato licet eum accusare, non præmissâ monitione secretâ?*

*Resp.* Juxta multos non licet: quia tunc sine justa causa infamaretur proximus, & hoc saltem repugnat charitati. Sed S. Thom. in 4. dist. 19. a. 3. q. 1. ad 4. postquam horum sententiam retulit, addit: *Vel dicendum secundum alios quod in accusatione non agitur ad emendationem peccantis, sed ad bonum commune, scilicet Justitiam conservandam per punitionem delinquentis. Et ideo accusatio in judicio bonâ conscientia potest fieri, etiamsi monitio non præcedat: nec est contra præceptum Domini, quod intelligitur, quando agitur ad emendationem peccantis.*

*Q. 2. An accusator aliquando tenetur desistere ab accusatione?*

*Resp.* Tenetur quando apprehendit accusatum esse innocentem; vel cum crimen incipit esse dubium, & tale remanet post diligentem veritatis inquisitionem; vel cum videt se probare non posse: tunc enim injuriam inferret, & pergeret in accusatione; nam quisque Jus  
habet